

mentis deuotionem suscepérint. Vnde vocis  
**Oraculo** desuper nobis factō, Canoni huins-  
modi satis fecisse declarauit. In quorum fidem  
literas testimoniales per Secretarium audiē-  
ticas, & suo sigillo munitas exhibuit, & presti-  
tit. Hoc refert Frater Emmanuel in Explicatio-  
ne Cruciae. fol. 291. & 292.

**15** ¶ Circa predicas concessiones suboritur  
dubium. Quid per diem Paschatis intelligantur  
Summi Pontifices? Doctissimus Xuarez ap. disputatione. 82. Opinatur mentem Pontificis  
cum fuisse excipere communionem Pascha-  
lem: non materialiter[ ut ita dixerim] sed for-  
maliter, seu prout precepta est lege, quæ prece-  
pit semel in Paschate communicare. Nam cap-  
pitulum, Omnis viriusq; Iesus, in initio soli  
præcipit semel cōmunicare in Paschate, quam  
uis postea ab Eugenio. 4. declaratum sit, illud  
Pascha comprehendere omnes octo vel quin  
decim dies à Dominica Palmarum usque ad  
Dominicam in Albis inclusuè. Et sic omnis  
communicatio qua impletur illud preceptum  
intra dictos dies dicitur Paschalis, seu in Pa-  
schate facta: exceptio autem que apponitur  
in dictis priuilegijs sine dubio respicit hoc  
preceptum, ut in sua vi maneat, & eodem mo-  
do im-